

iurisdictionem auocare ab Ordinario, illa remanet intacta, & ad se pertinetur. surreptionis, dolii, aut falsitatis cognitio, prove ex Hieronymo Gabriele consil. 282. num. 15. & à num. 11. lib. 2. & ex Hieronymo Goncalz de alternatius glossa 52. num. 43. textus in cap. 2. de confirmatione utili vel iniusti, & alius probauimus superius.

Ac propterē Senatus editus per viam recursus in protectione Concilij Tridentini sest. 24. de reformatione, cap. 20. preservantur, pri- mā instantiam Ordinatio istam causam remittit omnino.

Addebet etiam, vt hoc quod modo diximus, 23. t̄ hanc non procedere resolutionem, si alia constat de voluntate Papae volentis in prædictis auferre Ordinarii iurisdictionem, debet omnino intelligi, si seruata forma Concilij Tridentini dict. cap. 20. ibi: Vel quas ex urgenti, rationabilique causa indicaverit. Summa Romana Pontificis per speciale rescriptum, signature Sanctissimatis sue manus propria subscrivendam committere, aut auocare, &c. vt latē Nos suprā hac 2. part. cap. 6. vers. Quarta exceptio, à num. 14. cum mul- ti sequentibus; quia forma deficiente, nihil operabitur auocatio sed in Senatus tunc ipse Ordinario remittet nihilominus.

CAPUT XXIII.

Ab electione, aliisve actis Capitularibus appellationis, seu contradictionis virtute imperata commissio: an primam Ordinarii instantiam percutere dicatur, ita vt ei fiat per Senatum remissio?

SUMMARIUM.

Actus extraiudiciales gesti à Capitulo, cui Prelatus assit, sapissime converni solent: an super multitudinem electionum, aut exceptionibus oppositis, aut appellationibus à Capitulo licet omittatur prima Ordinarii instantia, n. 1. & seqq.
Actus Capitulares extraiudiciales sunt, cum iurisdictione Capitulum caret, n. 2.
Electio, collatio, & omnis beneficiorum prauis, & examen scientie, & habilitatis, seu incapacitatis eligendorum, seu eligendorum, sua prima natura attem, sunt actus extrai- judicialis, & extraiudicialiter tractantur, n. 3.
Extraiudiciales actus quandiu suam retineant præ- meum naturam, & ex quibus cognoscatur fuisse in eis extraiudicaliter processum, n. 4. remissive.
Extraiudiciales actus per oppositionem contra personas eligentium, aut eligendorum, aut iam electorum factam a legitimo contradicente amitti suam naturam, & fit iudiciale, n. 5.
Nuntius ad quem occurrit oppositor contra gra- uamen extraiudicale Capituli, quibus suam reuerter iurisdictionem contra primam instantiam Ordinarii, num. 6. & sequentibus.
Prelatus in electionibus Capitularibus assit uti Prelatus iurisdictionem habens, n. 7.
Congregacionis inter Ordinarium, & Nuntium su-

per cognitione grauaminis illati à Capitulo cum fadere distinctionis componit Author, num. 8. & seqq.

Grauamus extraiudicaliter à Capitulo, aut comparet simpliciter dicendo electionem nullam, aut eligentes, & eligendum, vel electum suis effe- ctim pati, num. 9.

Aut simili cum oppositione contra electum, vel eli- gentes appellationem emititur, n. 10.

Contra grauamen extraiudicale duo sunt scripta remedia, querela simplex, qua quodcumque intentatur, & appellatio intra decendūm emit- tenda, num. 11.

Decendio transfacto patet adiutor insuper ad qua- relam, ibid.

Cap. concertationi, de appellationibus lib. 6. pla- tribus exornatur, num. 12.

Oppositi contra eligendos, aut eligentes, &c. sim- pliciter deducta requirit iudicium, & causat in- stantiam tractandam coram Ordinario, num. 13. & seqq.

Capitulo competit extraiudicaliter examinare habi- bilitates, & inhabilitates oppositorum, licet ca- rea iurisdictionis, qua non ege examen extra- judicialis, num. 14.

Exceptiones legitimis contradictori oppositi iude- cialiter cognitionem requirunt, quarum solus Prelatus in prima instantia cognoscit, n. 15.

Quomodo libet inter electionem faciendam à Capitulo oppositor recedat pro obiectib⁹ ad Ordinario, tria recuperendum, que iurisdictionem habet, eiusque primo instantia pertinet, n. 16.
Actus capitulares non faciunt instantiam tangam extraiudicale, vt plerunque in Nuntio Tri- bunalū declaratur, num. 17.

Causa defacta in Ecclesia Tolerata. Autore patro- cinante, & obisiente, refertur, ibid.

Prelatus, vt talia ideo assit electionibus Capitularibus, quia de incidentia inter eligendum iudiciale iudicium requirebuntur cognoscit, quo sua prima instantia consumetur, n. 18.

Cap. a collatione de electione, lib. 6. ponderatur, num. 19.

Senatus remittit causam Ordinario quomodo libet ante perfecionem electionem à Capitulo pars excipiens recedat, num. 20.

Opponens, obiscenti, vel dicens de nullitate sim- pliciter contra electionem iam factam coram Ordinario ius suum deducere debet, cum iis, & instantia tunc incipiat, n. 21.

Ad quem pertinet ius confirmandi electionem, an faciens collationem electo, spectat cognitio su- per defensib⁹ electionis, aut electi oppositus, num. 22.

Ab electione iam facta per Capitulum, & Prela- tum assitem vti talem, non ad ipsum, sed ad eius superiorē erit appellandum, num. 23. & seqq.

Cap. de appellationib⁹ lib. 6. plurimis exornatur, num. 24.

Appellatio eniā situr de minori ad maiorem, non de seipso ad seipsum, n. 25.

Due declarationes. Congregationis recententur, quibus dicitur: à grauamine extraiudicaliter illato per Ordinariū appellationem devolutū ad eius superiorē, non obstante Trident. in c. 29. num. 26.

Per collationem factam ab Ordinario, aliamve ultimam extraiudicale, eius consumetur pri- mā instantia, num. 27.

Prelatus

Prelati in Capitulo Hispania semper assitunt vi- tales, num. 21.

Appellationis virtus ab electione peracta per Ca- pulum, quo Prelatus vti talis assit, com- missio imperata per Senatum tradenda parti, or coram Delegato ea vitatur, num. 29.

Ab aliis Capitularibus ad Episcopum, vti Ca- nosum afflent appellatur, tanquam alium considegatur, num. 30.

Prelati vti Canonici in sedē non attendit dignitatem, sed antiquitatem, num. 31.

Rite docī elegans ad idem referunt, num. 32.

Ab electione appellans opponend⁹ defectum contra eam, aut electum, &c. tenetur feruare formam, cap. vi circa, de electione, lib. 6. alia: corruis appellatio, n. 33.

Appellans ab electione obiciendo non feruata forma, cap. vi circa: an poterit aliam viliter reiterare, & viam appellationis semel assumptam prosequi, à num. 34.

Facultas actum gerendi non consumitur per attum informe, & inutile, sed potest illam iterum viliter reiterare, num. 35.

Ab electione appellans, non feruata forma iura- menti, nequit iterum cum ea per appellationem adiutori superiori, sed altera via sua proprium deducere coram Ordinario, n. 36.

Ex appellatione obiectiva nulliter proposita ius fuit semel quiescit adversario, & iterum admittitur ad probanda obiecta, n. 37.

Texti singularis in Clement. constitutionem, de elec- tione in proposito referunt, ibid.

Appellatione obiectiva proponunt omissa for- ma, preclusa est vía appellatione obiectiva, alius- tam insūstianam potest in iudicium deducere, & prosequi, num. 38.

Ex appellatione informiter emissa semel est ius ad- usus furo quiescit, ne possit viliter reiterari in eius praeditum, etiam intra terminum ad ap- pellandum, num. 39.

Actus semel nulliter ḡtus nequit validē reiterari, po- posquam ex primo fuerit ius tertio quiescit, num. 40.

Ius tertio semel quiescit ex facto alterius tolli ne- quit abfuge illius consensu, n. 41.

Materia obiectiva est in iure ediosissima, & ple- nissimam ideo requiri probationem, n. 42.

In materia obiectiva minori denegatur restitutio ad opponend⁹ defectus contra electum, n. 43.

Obiectiva contra electum, amissa via appellationis, si sua suam veli prosequi, aliam egredi debet coram Ordinario, n. 44.

Idem erit in appellatione ab electione abfuge obiec- tione, quia si aliquis iuris defectu nulli fuerit, & nec intra decendūm validē reiteretur, si ve- lit pars suam ius prosequi, coram Ordinario, illud debet deducere, aliter Senatus illi causam remittet, num. 45.

Forma cap. vi circa de electione, lib. 6. in appelle- latione obiectiva ab electione: an possit adimpleri per procuratorem specialiter constitutum, à num. 46.

Forma iuramenti, corporaliter requisiti professione fideli, nequit adimpleri per procuratorem, n. 47.

Forma iuramenti corporali in appellatione obiectiva ab electione per specialiem procuratorem fa- ciet, ita vt eius virtute recedi possit ab Ordinario in casibus permisis, de quibus superius, num. 48.

Assim. assit controuerti actus extraiudiciales Capituli,

t̄ quo Prelatus assit, sic in- ter eligendum, sic elecione peracta iam, & pro reuocatio- ne, nullitatēque actus extrai- judicialis, aliusve grauamini geti ab ipso Capitulo Nonius Apostolicus, aut Sedes Apo- stolica ipsa solet per grauatum adiit, vel simul appellando, vel simpliciter opponendo ante ipsam electionem, vel postmodum aliquam ob- jectionem, aut defectum contra eligendum, vel electum, aut personas eligendū, aliter de aliquo initio grauamine conquerendo, qui- bus quidem calibus assidue contendit solet super competētia iurisdictionis, Ordinario certante t̄ sibi in prima instantia nondum ventilata cum extraiudicaliter tantum in Capitulo (iurisdi- ctione carente) fuerit actus, & grauamen agi- tam, iuxta text. in cap. concertationi, ibi: Vt ab electionibus, poplulationibus, & quibuslibet extraiudicitalibus actibus, de electione lib. 6. text. in cap. constituta, 41. & in cap. vi circa, eadem cit. & lib. cap. constituta, 41. de appellationibus, cum omni proposito, beneficiorum electio, & 3 collatio, institutio, postulatio, aut confirmatio sua prima natura, attenta, extraiudicale actus sint, & extraiudicaliter de oppositorum, & eligentium habilitatibus agatur, patiter atque totum ipsum examen in sua primitiva na- turā sit auctus extraiudicalis, de quibus & aliis p̄t ceteris abundē tractauimus in tractat. de Re- gia protectione, 2. part. cap. 13. à principio, usque ad finem, & à num. 1. usque ad num. 33. latif- imē videbis, & quando isti auctus extraiudiciales 4 conseruentur suam primitiū naturam, & quando in eis cognoscatur suisse extraiudicaliter processum.

At vero (inquit Ordinarius ipse) postquam comparet legitimus contradictor t̄ aliquam al- legans legitimū exceptionē contra personas eligendū, & eligendorū, vel electi, vel contra ipsam electionem, tunc auctus extraiudicali- tatem, ac primam suam naturam omnino amittit, & effectus iudicialis, quia in contradic- torio iudicio lis tunc tractari debet, & in forma iudiciale de exceptionib⁹, & iuribus partium cognoscit, de quo latissime per Nos in tract. de Regia protectione, 2. part. cap. 13. à num. 57. vſque ad finem, & vide etiam à num. 34. quibus locis mirabiles, sc̄ti dignissime doctrina con- geruntur. Atque ideo lis haec cum moueri in- cipit; omnino in prima instantia, & coram co- dem Ordinario, non coram aliis agitanda erit iuxta terminos Concilij Tridentini sest. 24. de reformatione, cap. 10.

Contra tamen contendit pro parte Nuntij, t̄ aut Delegati ex commissione à Sede Aposto- lica his in casibus imperata dicendo, quod cum Ordinarius Episcopus ipse his auctibus in Capitulo assit uti Prelatus, & noui vti Canonicus, nec vt persona priuata; per grauamen capitariter gestum confundi suam iurisdi- ctionem, & primam instantiam, ciuique turnum iam fuisse finitum, & consumptum; allegari solet ad hoc text. in cap. 6. à collatione, de appella- tionibus, lib. 6. nostrāque doctrina in predicto cap. 3. à num. 230. qua fitmaimus, t̄ Prelatum in his electionibus & actibus Capitularibus affi- stere vti Prelatum habentem iurisdictionem,

Hh ac

ac propterè appellationem ab iis actibus, & granaminibus Capitularibus non ad ipsum Prelatum sed ad superiorum omnino deuolum, quia de ipso ad seipsum non constituit appellatio, & ex aliis in disconsu adducendis, arque ideo penitus cessare recursum ad Regem, nec à Senatu causam hanc eidem Praelato vti Ordinario remittendam fore.

Sed pro resolutione tam mirabilis, quam frequentissime controvexit, t̄ ita distinetè, & accurate agendum, ut penitus terminorum confusio ceteri, competenter occasio de cetero dissolvatur, atque omnino evanescatur, quam cum fecere distinctionis componendam esse censimus.

Ait ceterim in istis electionibus, & actibus Capitularibus t̄ extra judicialibus lis per contradictionem, aut obiectionem mouetur simpliciter, quia comparet contradictor, siue ante electionem, siue post eam iam factam, & dicendo electum seu alium oppositorem, seu electorem iuris defectum pati, aut electionem minus canonicę gestam.

Ait vero post grauamen iam à Capitulo illatum, t̄ sine inter eligendis, & ante electionem factam, siue post eam comparet contradicor non simpliciter ius suum deducens, sed simul appellans.

Constat enim in iure nostro pro granaminiibus filiatis à Capitulo extra judicialibus duo esse scripta remedia, alterum simpliciter querela, qua sius lumen oppositor in iudicium vult deducere, actionem mouere contradicendo electionem ob aliquem iuris defectum, siue contra personas, siue contra ipsum actum modo superdicto, & tunc illi licet quandocumque se opponere: alterum vero remedium erit per viam appellationis à predictis granaminiibus interposita, & tunc intra decem dies illam debet emittere, alias eo nempe termino transacto audiatur non debet super eo remedii appellationis: text. optimus in cap. concertationi, 8. in hac: Concertationi antiqua finem impone prese nisi constitutione volentes statuimus, ut ab electionibus, populationibus, prouisionibus, & quibuslibet extra judicialibus actibus (in quibus posse appellari interponi) qui quis ex eis grauatum se reputans per appellationis beneficium grauatum illum defensari revocari, intra decem dies (postquam scirez) si velis appeller: post decendimus vero eisdem adiutio non patent appellandi: sed si per contradictionem debitas, vel alia iuris remedias petieris revocari grauamen: ei (dummodo medio tempore his non conseruit) Lapsus decendit non obstat, de appellationibus, lib. 6.

Qui quidem text. singularis est, ex quo committunt DD. t̄ prefata due remedia deducunt in actibus, & granaminiibus extra judicialibus, eaque exornant ibidem Lapsus Abbas, Geminianus, Ancharranus Butrus, Ioannes Andreas, Dominicus Monachus, Franciscus Viuanus in rationali, iuris, lib. 3, pag. 351. Alagon. in compend. pag. 346. post quo Ximenez, & Cafal. candem conclusionem firmat Augustinus Barbosa in collectanea ad ipsum textum n. 1. nimis perfunctione transiens per eiusdem materiam, sed insuper Cardinal, & alios referens exornat Felin. in cap. fin. sub num. 33. ad finem, de presumptionibus, Hieronymus Gonzalez in Reg. 8. Chancell. gloss. 9. in annot. num. 31. Lancellotus

Robertus de aitent. 2. part. cap. 12. limitat. 3. n. 1. & 2. Abbas in cap. bona memoria, sub n. 10. different. 13. & ibidem Philippus Franchus sub n. 19. vers. Ultimo nota, n. 5. & idem Franch. in cap. 1. n. 10. vers. Sed sic notabiliter, eodem rit. de appellationibus. Sigismundus Scaccia in tractatu de appellationibus, 9. 12. n. 105. fol. mibi 164. Mifflingerus singul. obseruat. Cen. 3. obseruat. 11. sub n. 1. & post Marantan, & alios tener Rugginillus in tractatu de appellationibus, §. 2. cap. 3. n. 15. 15. & 16. fol. 72. Natta cons. 606. approb. n. 5. vers. Circa aliud fundatum, & post Glossam, Domini, & alios obseruat Ayora in tractatu de partitionibus, 1. p. cap. 4. n. 17. & 18. fol. 21. Ioannes Garcia in tract. de nobilitate, gloss. à u. 9. cum s̄eg. & pre ceteris accurate post magnam doctrinam mirabilium exorcinationem diximus Nos in tract. de Regia protectione, 2. part. cap. 13. à n. 21. cum malis s̄eg. quas vterius non repero, licet conducibles nimis sint apud propositionem nostrum, illas tamen per te videbis.

Quibus probhabitis capiendum erit primum distinctionis t̄ membrum desumptum ex priori iuris remedio actibus Capitularibus, & extra judicialibus descripto, vt scilicet, quando contradicor comparet simpliciter deducendo ius suum, obiciendo contra personas eligendorum, aut eligentium, &c. Et tunc cum actus extra judicialis incipiat fieri judicialis, iudiciumque debet formari inter colligantes, omnino in primis instantia erit tractanda coram Ordinario Praelato, cum Capitulo, t̄ cuiuslibet competit extra judicialiter examinare habilitates, & inhabilitates oppositorum, Ordines, titulos, scientiam, & mores, licet careat iurisdictione, qua non egit extra judicialiter examen, prout latissime compaginamus in dict. cap. 13. num. 7. cum sequentib. à principiis.

Tamen quando comparet contradictor super suis iuribus, t̄ & exceptionibus, sequitur praecise iudicium contradicitorum, quod apud idem Capitulo, cui iurisdictio deficit, tractari negavit, atque ideo praecise erit recurrendum ad Praelatum, qui vt talis affluit in Capitularibus actibus, cuicunque dumtaxat iurisdictio, & cognitio pertinet in prima instantia, iuxta tenorem Tridentin. in dict. cap. causa omnes, ibi: Quoniamlibet pertinentes, &c. prout in ilius terminis cum Concilio Compostellano, & Nicolo Garcia in tract. de beneficio, 5. part. cap. 4. à num. 414. cum s̄eg. cum alio que iuris fundamentis copiosè egimus, & retulimus de Regia protectione, 2. part. dict. cap. 13. à num. 229. usque ad num. 227. que doctrina nostra in dies allegata obliteratur, & inconculcetur apud omnia Hispanie Capitula practicatur, vt quotidie experimur. Quo casu t̄ si inter electionem facientem deducunt hoc ius, obiectio, & oppositio, ad Praelatum omnino recurrendum erit, aliter atque si ad Nuntium, aliumve eius superiorum recurrit oponendo; imo & simul appellando, iterum causa cognitionis, & exceptionis, aut defectus oppositi ad illam remittenda erit, prout Nuntius quotidie remittit, t̄ quia actus Capitulares non faciunt instantiam, prout & Nos ita obtinimus in his terminis circa electionem Canonicius Magistratus sancte Ecclesie Toletana, me patrocinante Doctissimum Doctorem Gregorium Barreiro insignem Concionatorem eloquentia nimia, atisque virtutum dotibus

dōtibus ornatum, quo apponente de defectu tituli gradus contra competitorē, & ora competencyia inter Capitulum, & Concilium Serenissimi Cardinalis Infantis Archiepiscopi Toletani, & ad Nuntium appellatum; ad prae dictum Concilium Gubernationis remissa iterum fuit cognitio in prima instantia apud illud facienda, ex motu Nunnius, quod actus Capitulares, & extra judiciales, & a non habentie iurisdictionem gesti instantiam non faciant.

Et quia ideo Praelatus electionibus, & actibus Capitularibus affluit, & non vti Capitularis præbendatus, & priuata persona, fed vt Praelatus cum iurisdictione, atque prima eius instantia confinuit, quia de controvexit iurisdictionibus incidentibus in praefatis actibus Capitularibus indagationem, & examen iuridicale requirerentibus (vt dictum est) cognoscit, aliter enim de vento seruire distinctio illa celebris, t̄. xt. in cap. à collatione, de appellationibus, lib. 6. 29. quo exat decimus, t̄ à collatione Capitulari non est appellandum ad Praelatum, quando iste in Capitulo vt Praelatus affluit, non vti Canonicus & priuata persona (de quo statim) si de controvexit iuridicum, & iurisdictionem requirerentibus non cognoscit. Huc quippe tendit, & respicit illius textus determinatio, prout Nos ponderantius in dict. cap. 3. n. 236. & n. 232. & 20. s̄eg. Quapropter hoc distinctionis membro semper per Senatum Ordinario remittenda erit cognitio in prima instantia, quomodocumque super actibus Capitularibus à Capitulo recessit ante factam electionem, & ad superiorem Ordinarii recurrere oppositor voluerit.

Et idem etiam ex identitate rationis dicendum erit, t̄ quando iam facta electione coparatur contradictor illius nullitatem ex aliquo iuris defectu electi, aut electorum, electionisve iniunctio confirmationem, aut collationem; nam runc parvioriter, dicendum erit, cum haec controvexa iuridicum contentio locum appetat praecise, atque adhuc sumus in prima instantia, omnino ad Praelatum ipsum Ordinarium pertinet, & coram eo lis haec erit tractanda.

22. t̄ quoniam ad quem pertinet ius confirmandi electionem, & collationem electo faciendi expectat etiam cognoscere de defectu, & inhabilitate electorum ad instantiam partis, & ex officio, eumque repellere, & electionem de se factam instituire, ubi iusta, & legitima iuris causa, & ratio comperta fuit per legitimos iuris tractantes, & per text. in cap. venerabilem, & in cap. nihil, de electione, & per notata à DD. in cap. cum nostris, de concessione præbend. cum iudicio firmat Ioannes Gutierrez in consil. 31. n. 19. Atque ideo per Senatum causa huiusmodi cognitio in prima instantia Ordinario erit remittenda absque dubio.

Quantum vero attrinet ad secundum distinctionis membrum t̄ quod respicit secundum remedium invenientum contra grauamen ortum ex actu extra judiciali; de quo superius, nempe quando post electionem, vel actum iam gestum, & à Capitulo celebratum eligat pars viam appellationis ab eius grauamine: tunc similiiter alia distinctione iuridica admittenda erit, etenim si ab electione iam peracta (qua ut iuris est generaliter requirit confirmationem superioris, hoc est, Episcopi, & Praelati, qui titulum, &

collationem facere debet) si ab ipsa electione capitolariter facta, vti minus Canonica appellatus ad Episcopum ipsum (cui prima initia competit omnino) non ad ipsius superiorum, erit appellatio ab electione tanquam ab actu extra judiciali interponenda, quoniam ista appellatio habet vim provocacionis.

At vero si Capituli electione habet vim collationis similis t̄ (quando Capitulo competit si mul collatio, ita vt eius electio non indigat alia collatione) tunc si Praelatus affluit in Capitulo vti Praelatus, & non vti Præbendatus, aut Canonicus Capitularis, & priuata persona, ab hoc granamine, non ad Episcopum ipsum; fed eis superiorum appellandum erit, iuxta text. expressum in collatione, 11. de appellationibus, lib. 6. à collatione (inquit Pontifex) beneficium quam communiter per Episcopum & Capitulum in tuum praeditum factum esse proponis: non ad ipsum Episcopum (si in ea vt Praelatus interfuerit) fed ad superiorum te oporatus appellare, alia si ut Canonicus interfuerit in ea, potius appellare licet t̄ euendit, quem text. latius exornamus post plurimos DD. & doctrinam Nos in tract. de Regia protectione, part. cap. 13. à num. 230. cum s̄eg. probant in d. cap. collatione, Ioannes Andreas, Geminianus, Archidiaconus, Ancharranus, Butrus, Dominic Monachus, Philippus Franchus, Viuanus in rationali, lib. 2. pag. 354. Alagon. in comprehend. pag. 346. post quo & Ximenez hanc conclusionem colligit Augustinus Barbosa in ramificatione, ad eundem text. n. 1. & ipse Barbosa de postestate Episcopi, tom. 1. allegat. 73. sub n. 6. vers. Ss Episcopi. Doct. Hieronymus de Veneto, & Leyba in examine Episcoporum, lib. 4. cap. 29. n. 34. & 35. & per dictum text. & Abbatem in collatione, el. 3. n. 17. de appellationibus. Cardin. Jacobus, in tract. de Concilio, lib. 10. art. 1. sub n. 8. tom. 1. p. 1. diuersor fol. 311. tenet Sigismundus Scaccia in tract. de appellationibus, q. 8. n. 60.

Ex quo namque appellatio debeat fieri de minore ad maiorem; ab eo affluisse t̄ in Capitulo vti Praelato, ad se ipsum nequit appellari, quoniam ipse iam non remittet amplius superior Capituli, cum virtusque vnum & idem sit factum, ac propter ea de ipso ad se ipsum appellatio non admittitur, cap. fin. de confusione, lib. 6. cum vulgaribus, sequitur quod oppons volens eligere remedium appellationis praecise debet recurrere ad superiorum Episcopi, & illius querere ex dict. text. & DD. ad differentiationem prioris membra distinctionis, quando simpliciter virut pars grauata remedio contradictionis, vt probatum remanet. Pro cuius distinctionis membro duae sunt mirabiles t̄ declarations sancte Congregationis Cardinalem incidentes Tridentin. decretum inc. causa omnes, 20. session. 24. de reformatione, non habere locum in Ordinario, tunc procedente ad actu extra judicialiter, quando contra eius grauamen extra judicialiter fuit grauatus appellationis remedii virus, quia tunc licet ad Superiorum Ordinarij deuoluitur judicialiter cognoscenda causa, quarum declarationum prima sic se habet in haec.

An decreatum Concilij, session. 24. cap. 20. in principio locum habeat, quando Ordinarius extra judicialiter procedendo grauas partes, adeo ut non licet partibus a tali actu extra judicialiter ad alios superiores Indices appellare, seu reclamare, Hh 2 quatenus

quatenus id ius permittat, sed omnino causam
gravaminis in prima instantia coram eodem Ordinario cognosci debet? Congregatio consuit, hoc
cau non habere locum Decretum Concilij.

Et ibidem iterum eadem Congregatio ita
declaravit: Cum Vicarius Coimbrensis deputasse
quendam beneficiatum Ecclesia Sancti Iacobi in
illius Parochium; beneficiari ob irreparabilem
damnum & praedictum appellaverunt, & cum de
causa commissa ageret, oppositum fuit, quod
causa deputationis coram Ordinario eodem tractari
debet, beneficiatis vero respondentibus, decre-
tum cap. 10. non habere locum, ubi Ordinarius ex-
traordinaryiter procedendo partes gravas. Res de-
lata est ad Congregationem Concilij, & Congre-
gatio consuit, hanc causam esse legitimam denolu-
sam, nam illud Decretum habet vim definitivam,
& id quod debet agere iudicialeiter: egit ex iuri-
dicaliter, & quo etiam datur appellatio, cap. con-
certationis de appellationibus, lib. 6. quas decla-
rations adduximus Nos hac 1. part. cap. 5. §. 2.
verso. Vnum tamen non omissum, à num. 10. fe-
quentur Narbona in leg. 59. glof 1. num. 179.
ii. 4. lib. 2. tom. 3. Recopilat. Et in terminis
etiam, & quod quando a collatione facta ex-
traordinaryiter per Ordinarium, vel ab alio gra-
vamine extraordinaryli per cundem Ordinatum
illato, vt tunc euaneat, sitque consumpta
prima instantia illius, probat Flores de Mena
variar. quaf. lib. 1. quaf. 1. n. 37. circa finem. Et
quia ab Ordinarij collatione, & prouisione,
etiam extraordinaryli ad eius Superiorum appella-
tionem emituntur, vi latius Nos de Regia protec-
tione 2. part. cap. 13. à num. 187. cum sequentibus,
& à principio eiusdem cap.

Quare hoc causa iuxta secundum distinctionis
membrum, vbi ab electione, aliòve actu Capitu-
lariorum, & in co-existenti Prelato, non vt Cano-
nico, sed vt Prelato (proptemper saltem in
Hispania assistit, vt post Nicolaum Garciam
Nos 1. part. cap. 13. num. 236. de Regia protec-
tione, notarum, & sic regulariter de iure
praelatum, non vt Canonico, sed vt Prelato
assister, vt probat Aloysius Riccius in
præstitia Aerea, resolutione 14. à principio) ap-
pellationis remedio vsus fuit, & grauatus pot-
erit ad Nuntium, vel Sedium Apostolicam re-
curtere, & ibidem commissionem alteri impe-
trare, super cuius remissione si audeatur Senatus
hic supremus indubie Delegato remitteret cau-
sa, seu potius litteras traxit impetranti subibi-
tur, vt illis vtratu coram suo Iudice impetrato.

Si tamen Episcopus interuenient in Capitulo
tanquam Canonicus, tunc appellaretur de acti-
bus Capitalibus ad eundem Episcopum, & tan-
quam alium, & aliter confideratum, vt proba-
tur in dij. cap. à collatione, de appellationibus,
lib. 6. & communis omnes DD. quos in exor-
nationem huius secundi memtri ad principium
adduximus, & optimè Euerardus in locis legis-
libus in loco tanquam, num. 9. versicul. Sexto
facit, dicens, quod si à collatione beneficij per
Episcopum vt Canonicus, & Capitulum in
mei praedictum facta volo appellare, debo
appellare ad Episcopum, & non ad Archiepi-
scopum, quia ex quo Episcopus non interfuit
collatione facta, vt & tanquam Episcopussed vt
& tanquam Canonicus, non dicitur appellari
ab eodem ad eundem, sed ab inferiori ad supe-
riorum. Sequitur Scaccia de appellationibus,

quaf. 8. sub num. 60. & conductunt, que ipse ibi-
den, num. 92. versicul. Confirmatur secundo, &
quaf. 17. limi. at. 2. num. 68. vers. Refringit deci-
mo quarto, & facit etiam quod ipse, quaf. 16.
limitationis, num. 9. vers. Sublimata primo, non
nulla in probationem congregamus Nos de
Regia protectione, 2. part. cap. 13. à num. 230 cum
sequentibus, & plures alij citandi.

Et tunc cognoscetur Praelatum affilere vt
Canonum f. in Capitulo, non vt. Praelatum 31
in modo nempe secendi vt Canonicum, fer-
mata inter omnes antiquitate, vt per glof. in verb.
Praelat., in dij. cap. à collatione, Menochius
de arbitriis, qaf. 68. num. 23. & 24. & cap. 51.
num. 43. Zetola in præx. Episcopali. 1. part. verbo,
Episcopus, versicul. Septim. Stephan. Gratian.
discept. forensib. cap. 111. num. 14. & cap. 106.
a num. 9. Boëtius de autoritate magni Concilij,
num. 65. D. Loter. de re beneficiis, lib. 1. quaf. 16.
num. 104. & num. 105. D. Hieronym. Veneto &
Leyon in exarname Episcop. lib. 4. cap. 19. num. 27.
28. & num. 30. Barbola in remissio, ad dij. cap.
à collatione, num. 4. & in tractat. de officio, & po-
testis, Episcop. tom. 2. allegat. 73. num. 16. per ro-
tum. Aloysius Riccius in præstitia. Avere, resolu-
tion. 214. per totam, & Euerardus in topicis le-
galibus, loco tanquam, num. 8. per quem Scaccia
de appellationibus, quaf. 8. num. 60. apud quos,
plurimos effectus perleges Episcopi affilientis
vti Canonici.

Et est Rotæ decisio 1058. Seraphin. num. 7.

ibi: Et hoc adeò verum est, ut bacratione f. Epis-
copi, & Prelati sicut de aliquo Collegio soriani-
tus locum non secundum dignitatem Episcopatus;
sed secundum antiquitatem dignitatem Collegia-
lis, Abbas in cap. postulati de concessione pre-
bend. Cassianus in Cathalog. gloriæ mundi, 4.
part. confideration. 45. glof. 1. cap. à collatione,
& ibi Geminian. num. 6. Franchus num. 4. de
appellationibus in 6. & de hoc fuit dictum in Ro-
mane præministrarum sub die 16. Decembri
1585. num. 14. & 15. &c. Quod amplius non
examina, quoniam, vt dixi, Episcopus in elec-
tionibus, & alii actibus Capitalibus His-
panie non vt Canonicus, sed vii. Pealatus
affiliat.

Hinc non iniurilater quæ potest, an qui se-
mel f. in hac materia obiectua viam elegit ap-
pellationis interposita ab electione; propofit
obiectus, vel defectus contra eam, vel per-
sonam eligit, aut electi seu eligendi, in qua
non seruauit formam iuramenti corporalis, à
iure iniurilater requisitam, iuxta textum in

cap. vt circa, text. in cap. is. qui 19. & in cap.
qui contra. 20. & in cap. confidatione. 41. de elec-
tione, lib. 6. text. in Clement. constitutione, vt
circa, eodem titul. de electione, de quorum iu-
riu[m] materia longa serie egimus in tractatu
de Regia protectione, 2. part. cap. 13. à num.
237. cum multis sequentibus, taliter quod ipsa
appellatio de iure nulla sit; an poterit op-
ponens iterum continuando & viam appella-

34

tionis semel electam per reiterationem alterius
appellatio seruata forma deserere pri-
mam instantiam Ordinarij, iuxta que latius
probauimus in hoc secundo distinctionis
membro; vel an sibi sit appellatio præclu-
fa via, vt si prosequi velit contradictionem
electionis extraordinarylis, necessariè debet
recurrere ad Ordinatum in prima instantia,
iuxta

iuxta quod dictum fuit in primo distinctionis
membro. Quam questionem de facto habui in
electione Magistralis præbenda Tolletana Ec-
clesie.

Et videtur, quod possit reiterando utiliter
3 formalis appellationis & requiritam continua-
re negotium coram superiori, omessa prima
Ordinarij instantia; stenim iurius est, quod qui
habet facultatem conficiendi actum, non con-
sumitur facultas per actum iniurilater, & nullum
à se semel gestum; sed inde illum iterum
potest condere utiliter, & seruata forma reite-
rare, textus in l. qui per salutem, ff. de iure in-
rand. textus in l. bac conditio filii mee, in prin-
cipio, ff. de condition. & demonstration. textus
in l. qui haves, in principio, de acquirenda here-
ditate, l. nec is, §. 1. codem titul. cap. si elecitio,
de electione, lib. 6. cap. quam sit, cap. cupientes,
cap. si religiosus, eodem titul. Et in variis cal-
ibus, diversaque materiis plurimas doctrinas
in probationem congregant Tiraquellus
in l. bones, §. hoc sermone, limitation. 1. per to-
tam, videntes: ergo cum sequitur appellationis
non obiectum nulliter proponens, posse illum
iterum utiliter forma seruata, reiterare (si se in-
tra dicendum reperitur) liberè poterit omittere
instantiam Ordinarij, continuaudo appella-
tionem reteratam, quia idem operatur, quod
prima utilis, que haec habet effectum ex ob-
iectu in primo distinctionis membro.

Sed ne vltius immoremur, breviter dicen-

do erit, vt contrarium verius esse, vt qui con-
tra eligendum, electum, aut eligentes appelle-
lando semel obiectus defectus non seruata forma
iurius in dij. vt circa, non possit, si electione
& non iure contradicens superiori adire, sed
Ordinarium omnino in prima instantia, iux-
ta terminos prioris distinctionis membra, cum
sibi præclusa sit via prosequendi remedium ap-
pellationis semel iniurilater & nulliter electum,
cum sibi prohibitus sit reiterare illum appellati-
onem obiectuum, f. ac etiam illum vltius
probandi, quoniam semel per ipsam iniurilem ap-
pellationem fuit ius quæstum aduersario, vt
contra illum obiecti nullo modo iterum possit.

Iste est textus expressus in Clement. consti-
tutione 4. de electione, que sic ait: Constitu-
tionem, vt circa editam in Concilio Lugdunensi, lo-
cuso decernimus non habere, quando, que oppo-
nuntur, direcè respiciunt ius Ecclesiæ, vel oppo-
nentes persona: sed tantum ubi per competitorem,

vel oppositorem quilibet appellantem in formam
aut personam, defectus, vel criminis opponuntur:
ceterum cum circa criminis, vel defectus debitam

circumstantiam specificacionem predictam omittit
appellans, non est postmodum in prosequitione ne-

goti super his audiendis, etiam si circumstantia
huiusmodi, vel probations earum per iurandum

asserat ad se peruenisse de nouo: sanè si quis,
cuius interef, ab electione, postulatione, vel pro-
positione, dixerit appellandum, opponendo criminis,

vel defectus, forma dictæ constitutionis omissa, co-
dem postmodum appellacionem huiusmodi prose-
quente, licet appellans posse assistere non collatit,

non tamen ei proper hoc prosequitionem proprii
interesse denegamus. Insuper si appellans ab elec-
tione, postulatione, vel prouisione per viam que-

rela simplicis causam agat, vel eam appellato agen-
te defendat, repellitur ab obiectibus in appellatio-
ne sua expressis, & alio, nisi considerit ipsum for-

mam seruasse predictam (preterquam in casibus
in constitucione præmissa exceptis) etiam si
appecationem suam non prosequatur, nec exhibeat,
& illa se afferat nolle vti, dum tam
men de ipsa coram Indice fiat fides; quia per
ipsam ius repellendi eundem adversario est quesiti-
um, &c.

Ex quo textu duo colliguntur: Primum 38
quod is, qui appellationis viam elegit obiectu-
do defecitus non seruata forma, non possit il-
lam appellationem prosequi, cum semel nulla
fuerit ex cap. vt circa, cum concordantibus, po-
terit tamen ius suum, & interesse aliter in iudi-
cium deducere & prosequi.

Secundum quod colligitur f. ex eodem text.
illud est, vt cum semel ex informi, & nulla
appellatione obiectua fuerit ius tertio adver-
sario quæstum; in eis prædictum nequit vlti-
terius illum reiterare utiliter, vt ex hoc text.
& eius ratione in terminis probat Bonicort, in
tractatu de appellationibus, quaf. 1. versicul. Ad
questiones igitur veniamus, vbi resolut post
alios, quod si sic appellans omittit formam,
cap. vt circa, in casibus (in quibus ea vti debeat)
licet sic intra terminum ad appellandum, non
potest aliam appellationem iterata proponere,
seruando formam in ea, quia iam ex prima nulli-
ter proposita adversario fuerit ius quæstum,
ex Clem. constitutionem, 3. penultimo, quem
sequuntur fuisse (licet obiectus) de Regia pro-
tectione, 2. part. cap. 13. num. 24.

Deinde probatur, quoniam actus semel ini-
utiliter, aut nulliter f. gestus nequit reiterari iterum 40
utiliter, & validè, quoties per primum
iam tertio fuerit ius semel quæstum, cuius ius
est invariabilis, Compostel. in cap. bone, col. 1.
in verb. Quæstum, & ibi Panorm. col. 5. vers.
Ex hoc habet, per text. ibi: de postulat. Prelat.
el 2. & per text. int. nemo, ff. de regul. iur. &
cap. cum inter dilectos, de electione, & Panormit.
citat Clem. 1. de renuntiacione, quod voluit Car-
din. Alexand. in cap. Osium Episcop. §. 1. 61.
distinct. Rocchus de Cutte in tract. de iure patro-
nat. in verb. Honorificum, col. 2. vers. Subiutor
quaf. accessoria, latissime prosequitur Tiraquel.
in l. bones, §. hoc sermone, limit. 23. per totam,
& circa hanc doctrinam plurimas alias singula-
res conseqüentias haec 2. part. cap. 17. à num. 52.
quæ omnino vide, & applica huic.

Quapropter non obstat argumentum in con-
trarium adductum, f. vt actus nulliter gestus 41
semel non impedit, quoniam reiterari possit
validè, quoniam non procedit, quando ex pri-
mo iniutili fuit semel tertio ius quæstum, vt
in nostro casu, quia ius semel tertio quæstum
ex facto alterius tolli nequit, absque illum con-
senfus, l. cum à sacer. 7. Cod. de iure dot. Gra-
tianus disceptation. 1. part. pari. cap. 132. plures
citat Castillo controveriar. tom. 6. capitul. 119.
num. 12. in fine, & num. 13. & lib. 4. capitul. 5.
per totum. Et plenissime Marius Giurba Regu-
lam hanc exornat cum ampliationibus, &
limitationibus in consuetudin. Senatus Meta-
nen. cap. glof. 8. num. 53. 54. & 55.

Quod induciam est in odium obiectientis, &
ideo materia obiectua f. est in iure odiofissima, 42
& plenissimam requirit probationem, &
alia specialia vitanda in materia obiectua per
Rotam apud Alex. Ludouis. decision. 322.
num. 1. & 2. vbi Oliuerius Beltramin. num. 22.
Hh 3 plurimas

plurimas alias Rote decisiones afferit, & vide decr. 55, num. 4, & ibi Beltrani. num. 17. & decr. 44, num. 10.

Et in materia obiectiva etiam minori deneratur † restitutio ad opponendum obiectos contra electum, aut eligendum, & similia. Augustin. Barbo in collectan. ad Clement. 2. de procurator. num. 4, fol. 27. & eius elegans text. in l. auxiliari. 37. ibi: Ideoque iniuriarum auxiliuum repeti non posset, & ibi: Denegari ei in integrum refectionem, quod ius omnium, si nunc repete vult. Quid aliud, quam delicti veniam, id est, calumniam deprecatur? Cum nec in delictis, nec in calamitoribus Procuror succurrere oportere, certius est, ceſtabit in integrum restitutio. &c. ff. de minoribus.

Quare cum semel ad viam appellationis ele-
44 etiam inutiliter, & nulliter redire nequit op-
positor; si velit intercessio, & ius suum profe-
qui; alteram priorem proponere debet, & coram Ordinario, non alibi, ut superius latius probauimus in primo distinctionis membro. Quapropter si Ordinarij prima instantia hoc in calu percutiat per commissionem superioris, aut à Romana Curia imperatam, absque subscriptione proprie manus Sanctissimi, à Se-
natur causa remittetur Ordinario.

Et idem dicendum erit in appellatione ab-
45 quod obiectio † emissa, quando alio ex capi-
te sit nulla, si illam non repeat iterum validè appellans in terminum à iure positum ad ap-
pellandum, quoniam iam illam viam amiserit,
& sic si prole qui velit ius suum appellans, de-
bet deno coram Ordinario illud proponere in
prima instantia ex supradictis, & ex identitate
rationis.

Quid autem erit dicendum de appellatione
46 obiectiva, † in qua forma corporalis iuramenti (de qua in diel. cap. vi circa, de electione, lib. 6, ceterisque iuribus superioris citatis) obseruata fuit, sed tamen per procuratorem ad idem spe-
cialiter constitutum, s. an factum dicatur forma, vel nulla sit dictio ipsa appellatio obiectiva, ac per consequens amissa via appelle-
tationis, vt ad alium remedium coram Ordinario in prima instantia omnino sit configui-
dum, sicut in ceteris casibus praecedentibus diximus, & firmavimus, quod & de facto ha-
bimus.

Et videtur, quod non possit hac forma per
procuratorem adimpleri, cum requirant omnia
iura iuramentum corporale, quod quidem re-
47 quiret † videtur personam, & corpus iuranti,
atque, si per alium geri nequit, vt in iura-
mento professioni fidei corporaliter requiritur;
firmat Nicol. Garcia de benef. 5. part. capitul. 4.
num. 172.

Sed contrarium verius est in nostro casu, vt
48 licet corporaliter † requiratur iuramentum;
tamen per procuratorem cum mandato speciali
utiliter forma satisficit. De quo est textus ex-
pressus in cap. procurator. 58. de electione, lib. 6.
Procurator (inquit Pontifex) ad appellandum
contra electionem, postulationem, aut prisionem
alicuius non aliter idoneus de cetero repudetur,
quam se omnia, qua in formam obiciere vel perso-
nas, & proper quo appellare intendit, & singu-
lariter, & clara in eius procuratoria sunt expressa,
habebatque speciale mandatum iurandi corporaliter
in eorum animas, quorum procurator existit, quod

ipſi credunt expressa huiusmodi vera esse, & se-
posse probare. Et ita etiam patet resolutio Nicol-
laus Garcia de beneficio 5. part. capitul. 4. à
num. 172. & sequentibus. Vbi respondit ad ar-
gumentum in contrarium adductum, arque ex
hoc capite ista appellatio obiectiva nulla erit,
quominus coram superiore, ad quem validè
alias appellatum fuit, queat prosequi omisso
Ordinario, arque etiam imperatrici commis-
sione, quod ius omnium, si nunc repete vult.
Quid aliud, quam delicti veniam, id est, calum-
niam deprecatur? Cum nec in delictis, nec in ca-
lamitoribus Procuror succurrere oportere, certius
est, ceſtabit in integrum restitutio. &c. ff. de
minoribus.

Lettones, seu Cedulones publicis locis
affixi pro publicando excommunicatione
ob non partitionem litterarum Apostolicarum,
coram Ordinario, non alibi, ut superius latius
probauimus in primo distinctionis membro.
Quapropter si Ordinarij prima instantia hoc
in calu percutiat per commissionem superioris,
aut à Romana Curia imperatam, absque
subscriptione proprie manus Sanctissimi, à Se-
natur causa remittetur Ordinario.

Et quando ex eis prima Ordinarij percu-
titur instantia, qualiter Senatus op-
presso consulere soleat.

C A P V T X X I V .

Lettones, seu Cedulones publicis locis
affixi pro publicando excommunicatione
ob non partitionem litterarum Apostolicarum,
coram Ordinario, non alibi, ut superius latius
probauimus in primo distinctionis membro.
Quapropter si Ordinarij prima instantia hoc
in calu percutiat per commissionem superioris,
aut à Romana Curia imperatam, absque
subscriptione proprie manus Sanctissimi, à Se-
natur causa remittetur Ordinario.

Et quando ex eis prima Ordinarij percu-
titur instantia, qualiter Senatus op-
presso consulere soleat.

S V M M A R I V M .

Lettones, seu Cedulones publicis affixi pro publi-
cando excommunicatione ob non partitionem litterarum
Apostolicarum sapientia in Hispaniam scandala-
cula causant, num. 1.

Littera de dimittendo, vel comparando intimare
reproduciuntur in Curia, in qua ob non partitionem
(de qua in diel. cap. vi circa, de electione, lib. 6,
ceterisque iuribus superioris citatis) obseruata
fuit, sed tamen per procuratorem ad idem spe-
cialiter constitutum, s. an factum dicatur
forma, vel nulla sit dictio ipsa appellatio
obiectiva, ac per consequens amissa via appelle-
tationis, vt ad alium remedium coram Ordinario
in prima instantia omnino sit configui-
dum, sicut in ceteris casibus praecedentibus
diximus, & firmavimus, quod & de facto ha-
bimus.

Cedulones pro publicando excommunicatione ob non
partitionem litterarum Apostolicarum solent in His-
pania affigere nocte, furvare, & occultare, num. 4.

Cedulones pro publicando excommunicatione ob non
partitionem litterarum Apostolicarum, sive in for-
ma probanti sunt affixi, vitandus erit, num. 5.
& seqq.

Lettones è Romana Curia in Hispaniam missi,
qua legem habere soleant, & quoniam affigantur,
num. 6.

Dispositio omnis recipit restrictionem de habilitate
actus, qua supposita intelligitur, num. 7.

Cum de uno difficiatur, cetera supponuntur habi-
tua, num. 8.

Cedulonibus sine forma probanti, sed simplicibus
absque autoritate Iudicis, & subscriptione Nota-
rii affixa fides nullam dandam, Autem plu-
re alijs docti, tam Theologi, quam Juristi in
facti contingencia subscripti, num. 9.

Ad incusum censorum debet procedere tria
monito, alia excommunicationis sententia nul-
la erit, num. 10.

In declaratoria incusus censorum monito pre-
cedens de necessitate requiritur ad eius validi-
tatem, num. 11.

Citatio personalis debet procedere excommunica-
tionem, num. 12. videlicet cap. 200. n. 3.

Declaratoria est nulla non seruatis terminis seruan-
dis

Et de earum Reten.in Senatu 2.p.c.24. 367

dis ad docendum, sive paruisse litteris Apostolicis.
& monitorialibus, num. 13.

Declaratoria incusus censorum, & publicam
denuntiationem per Cedulones, seu aliter moni-
torio procedere debet, num. 14.

Cedulonum affixione debet procedere Iudicis de-
cretum, num. 15.

Cedulonum affixio cum procedat à Iudice, de eius
decreto per subscriptionem Tabellionis debet
constare, num. 16.

Cedulonum affixione debet procedere cognitio su-
per legitimam causa, in locu sit intus, vel adgit
iustus metus, num. 17.

Dispositio non potest verificari, nisi prius verifice-
tur suppeditatio, num. 18.

Timor recursus ad Regem non potest causare iustam
causam omittendam iuris demunitationis
regulam, num. 19. & seqq.

Iustitia Ecclesiastica maxime Apostolice iusta non
violenzia facili patet adiutor in Hispaniarum
Regni ex precepto Regis, n. 20.

Rex Catholicus illud, quod Imperator recte can-
tare potest, quod in suis Regni nihil timeri po-
test, num. 21.

Littera Apostolica pleraque in Senatu exhibentur,

vt executoribus auxiliis praefat, quod liberti-
simè praefat, nisi vim aliquam concineant, n. 22.

Partes adiunctives Cedulones, si instum quarant,
potius à Senatu auxiliis habent, qui solum
trahit de violencia sedanda, & scandalo tol-
lendo Reipublica vocino, num. 23.

Quae recursum in iuriis iuris, ibid.

Cedulones affiantur, si iustitia mittitur, illam
deserit, & viam violentam amplecti potius
vult, num. 24.

Principes non sunt timor boni operis, sed mali; iux-
ta D. Panum, num. 25.

Sententia excommunicationis, & declaratoria sunt
ad iuris iudiciale, alter non probandi, quam per
scripturam solemniter subscriptam, n. 26.

Alius indicis dicuntur omnes scripturae notarii ad na-
tum in sua iudicis conscripta, n. 27.

Alius indicis dicuntur publica triplex ratione,
num. 28.

Cedulonibus est simplici papiro absque subscriptio-
ne Notarii nulla fides debetur, n. 29.

Excommunicatione quando alibi constare debet, ne-
cessarium est instrumentum authenticum, n. 30.

Excommunicatione publicatio per litteram ipsius
sententia, sive per affixionem fit facienda; affi-
xionis sententia ipsa, num. 31.

Edicta publicis locis effigenda ob timorem aduersarii
debet esse publica instrumenta, confecta per
Notarium causam cum testibus, & sigillata à Iu-
dice, num. 32.

Cedulones, ut ne iudicentur simplex papirus, sed
fidem faciant, ut publicum instrumentum, que
requiri habeat debet, n. 33.

Instrumentum, ut fidem faciat, ab eodem Nota-
rio, qui protocollo conficit, & non nisi semel
à parte petendum, exrahamendum erit, n. 34.

Cedulones missi, & affixi, etiam ab alio Nota-
rio, quam originario eausa subscripti, sine parti-
bus citatione, Iudicis decreto, & alio requisitus
fidei nullam faciunt, n. 35.

Notario non creditur, nisi in eo, de quo ipse ro-
gatus fuit, num. 36.

Cedulones in simplici papiro sine subscriptione No-
tariorum, & Iudicis, à parte ipsa conscripti, alio-
ve innocentie scripti praefendantur, n. 37.

Qui fidem nullam facere possant, ibid.

Scriptura privata ab aliquo subscripta, etiam con-
tra istum negantem fidem nullam facit, n. 38.

Cedulones pro denunciando excommunicatione non
subscripti à tabellione, nec in forma probanti
affixi, potius libelli infamatory dicendi sunt,
num. 39.

Maxime in partibus Hispania tam remota à Ca-
uria Romana, cum non nisi cum magna difficultate,
damno, sempibus, & tarditate veritas non
nisi sit, ibid.

Dolores plurimi tam iuris, quam Theologi re-
consentio, qui in hac Regia Curia consulti in
facti contingentia resoluere, Cedulonibus pu-
blicis affixis, omni solemnitate probationis ca-
renibus, nullam fidem dandam, nec partem
pro declarato, & publicato habendam, n. 40.

In Cedulonam affixione, ut valida sit, via con-
currere debet necessaria, ibidem, à num. 65.
cum seqq.

Senatus quia via succurrere solet publicato oppresso
per Cedulones, sive in forma probanti sunt, sive
ea oareans, num. 41. & seqq.

Cedulones expediri, & censura ipsa à quolibet ca-
rente in iudicione in prima instantia sunt nulla
ipso iure, sicut cetera alia iudicia per eum
fabricata ex Trident. n. 42.

Excommunicationis sententia lata à Iudice iuris-
dictione currente nulla est ipso iure, & excom-
municatione non ligat, num. 43.

Executor, quilibet alter Delegans iurisdictio-
nis exercitio caret ante sibi faciat litterarum
realium presentationem, num. 44.

Citato a Delegato non tenetur comparare, non
inserta copia commissionis immontorialibus,
num. 45.

Excommunicationis lata à Delegato ante litterarum
presentationem, vel etiam praesentatas non in-
serio tenore eorum immontorialibus est nulla
ipso iure ex defectu iurisdictio, n. 46.

Nec Delegatus potest procedere ad vicefora de-
clarando incusum censorum, n. 47.

Excommunicationis lata per Ordinarium in exem-
plum nulla est ex defectu iurisdictio, n. 48.

Excommunicationis lata à Iudice appellatione pen-
dente est nulla ipso iure, ex iurisdictio defec-
tu, num. 49.

Excommunicationis & declaratio nulla ex defectu
iurisdictio non impedit Clericum celebrare &
diuinam se immiscere, n. 50.

Excommunicationis exercitum conquiscit, recusatione
pendente, num. 51.

Excommunicationis exercitum conquiscit, recusatione
pendente, num. 52.

Excommunicationis, sive per Cedulones, sive quoniam
alio modo, causam Senatus remittit Ordinario,
quando constat eius per cursa prima instantia
contra formam Trident. n. 53.

Et insuper adstringit Senatus partem adducentem
Cedulones, aut declaratoria, aut eius agentes,
& Notarium intimam, ut ad cautelam suis
affirant expensis absolutionem, n. 54.

Executor, qui violenter excommunicavit, &
affigit, vel praefat, merita tamen carens iuris-
dictione ad absolucionem sit, cogitare partem, aut
eius agentes, ut affirant absolutionem ad can-
telam, num. 55.

Patria Henriquez obseruatio in hoc refertur, n. 56.

De praxi procedendi contra laicos, non Clericos
exequentes, aut interuenientes executioni littera-